BREVIARIUM BRIXINENSE (PARS AESTIVALIS)
Brixen, um 1450 Seite 285r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



inter discipulos xpi facta est contencio
legitur. quis eorum videretur esse maior.
Non enim incredibile est iuxta hoc quod ali
bi precipitur. eadem sit facta contencio ubi
dicitur. contendite intrare per angustam portam.
ut ipsi se invicem prevenire certarent. Tu.
Nos itaque fratres omni studio contendere
debemus in bonis semper operibus alius alium
prevenire cum omni humilitate sicut boni
servi dei atque in omni perfectu iusticie. ut
de nobis illud dici possit quod in psalmo
legitur. Ibunt de virtute in virtutem sancti
et electi dei. Tu Ergo quod carnales
adhuc discipuli domini salvatoris gesserint
sed quod ipse eis dominus iusserit audiamus.
Dixit autem eis. Reges gentium dominantur
eorum. et qui potestatem habent super eos benefici
vocantur. Vos autem non sic. sed qui ma
ior est in vobis fiat sicut iunior. et
qui precessor est sicut ministrator. T Cap.
Deo gratias qui semper triumphat nos